

**Jubilæum Sæculare Ecclesiæ Catholicæ Per Septendecim
Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala**

Per Septendecim Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala ; Ex Annalibus
Ecclesiasticis collectum Pro Xenio Oblatum Academicæ Sodalitati
Dominorum B. Mariæ Virginis Annunciatæ Herbipoli, Anno ...

Herbipoli, 1701


Decas IV. Ab anno Christi 1130. ad 1140.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64765](#)

suo cogitaret. Quia verò Regi pro tuendis
juribus Ecclesiasticis Constantinus se oppo-
suit, creditur intrà biennium veneno sub-
latus esse Martyr occultus.

* (1129.) * Honorius II. Papa mittit
ad Regem Daniæ, Scotiæ & Bohemiæ Le-
gatum Gregorium Cimonum.

* (1130.) * Moritur Honorius II. cui
sufficitus est legitimus Papa Innocentius II.
contra quem factiosi homines Petrum Leo-
nis Cardinalem, & olim Monachum Clu-
niacensem sub nomine Anacleti II. in Se-
dem intruserunt, & gravissimum schisma
invexerunt in Ecclesiam: Innocentius ad
Ludovicum Galliæ Regem confugit, Anti-
Papâ mox Basilicas diripiente, & pecuni-
am in addictos sibi cives dividente.



DECAS IV.

* *Ab anno 1130. ad annum 1140.* *

1131. INNOCENTIUS II. in Concilio Rhe-
niensi Petrum Leonis excommuni-
cat.

Balduinus III. Rex Solymæ liberatâ for-
titer ac feliciter Antiochiâ ex morbo obit,
eique succedit Fulco Comes Turonensis.

Innocentio Pontifici Rhemis Leodium
pro-

proficiscenti Lotharius Rex Germania^e tr
currit, eumque summâ cum reverentiâ ju
cipit, stratoris officio perfunctus: h
autem repetenti investuras, Henr^{be}
multo labore ablatas, fortiter & poten[&]
se opposuit S. Bernardus.

S. Stephanus Rex Hungariæ moritu^d
in habitu Religioso, sceptrum suum Be^L
relinquens.

Ludovicus junior in Concilio Rheme^G
si jussu Ludovici Crassi Francorum Rex o^S
ronatur, cùm filius ejus Philippus jam a^h
tè inauguratus in suburbio Parisiis miseri^C
bili fato occubuisse: sus enim inter ejuⁿ
equi pedes se se implicans, hunc excussum
qui suo pondere Regiū sessorem obtrivit^P

* (1132.) * Innocentius in Italiam re^P
dit, & in Itinere Genuenses & Pisanos jan^V
ad arma conserenda paratos reconciliat.^{sc}

Beneventani à Rogerio Siciliæ Tyranno^P
qui eos deprimere volebat, uti & ab An^C
acleto Anti-Papâ deficiunt, ac Rogerii ex^D
ercitum profligant.

* (1133.) * Lotharius Innocentium^c
Romam reducit, & hic vicissim ab illo Im^Q
perator coronatur, & statim Româ disceⁿ
dit, plures copias contra schismaticos &^b
contra Rogerium paraturus; Innocentius^b
autem Pisas se confert. Interim Rogerius^b
transl.

transfretans cum Saracenis in Apuliam , e-
ius viciniam igne ferroque vastat.

* (1134.) * Obiit hoc anno S. Nor-
bertus Archi-Episcopus Magdenburgensis,
& Conditor Ordinis Præmonstratensis.

In Concilio Pisano præsente S. Bernar-
do & præsidente Honorio Papâ Petrus de
Luna Anti-papa , & fautores ejus denuo
excommunicantur.

* (1135.) * Aquitania cum suo Duce
Guilielmo à schismate revocatur operâ
S. Bernardi , qui videns verba in Duce ni-
hil prodesse , potentiori machinâ usus ,
Corpus Christi ei protendit , & verbis mi-
nacibus affatus est , quibus ille conterritus
prolapsus in terram quasi Epilepticus spo-
pondit omnia : & promissis stetit. Qui
verò eum haetenus detinuerat Anacleti
schismate , Geraudus Engolismensis , im-
pænitens in lectulo mortuus est inventus.
Cadaver ejus exhumatum postea & proje-
ctum , nepotes ejus & omnis prosapia ex-
terminata.

* (1136.) * Ludovicus Crassus Fran-
ciæ Rex , dissenteria moritur , cuius mors
quam vita religiosior fuit , verè enim pæ-
nitens obiit , Pollicitus se suscepturum ha-
bitum S. Benedicti deposito regno , distri-
butisque inter inopes & Ecclesias faculta-
tibus

tibus suis in cineribus decussatis Crux
formâ manibus humiliter expiravit. &
de etiam laudatur à S. Bernardo, qui
men viventem perstrinxit quia belli ter-
pore religiosos vexavit.

Obiit quoque Guilielmus Dux Aquitaniæ, ipse quoque verè pœnitens in peregrinatione Compostellam suscepit. Cuius funditur autem iste Guilielnius cum aliis tre quodam S. Guilielmo qui armatus longo ferreâ pœnitentiam in agro Senensi egit. Causa scribitur.

* (1137.) * Lotharius Imperator vi braniens in Italiam cum Henrico Bavariæ. Ie ce Rogerium Ecclesiasticas ditiones vastatem reprimit. Sed recedente Imperatore recuperat sua, & iram suam sacrilegi Ecclesias & virgines sacras effundit.

* (1138.) * Petrus Leonis Anti-Papa dictus Anacletus imponitens impiam ammam efflat, Cardinales qui à partibus ejus steterant continuo substituunt Gregorium Cardinalem eumque Victorem appellant. Sed mox tam electores quam electus sub miserunt se Innocentio, unus perstitit in schismate Rogerius, efferatus in Catholicos.

Lotharius Imperator moritur in montibus Tridentinis in vili casa, constituto si-

s Crisbi hærede Bavariæ Duce, vir egregiè pius
vit. & singulariter devotus, omnibus Impera-
toribus qui toribus facile præferendus, si ejus pietati
elli te fortitudo respondisset : quotidie enim
etiam in exercitu tribus missis intererat,
Aquit sæpè cum Augusta pauperum pedes ablue-
in pe bat, quos eadem Richiza uxor suis crini-
â. Cbus abstergebat. Sacerdotes coluit ut Pa-
cum al tres, pauperes ut filios, viduas ut matres ;
Orationi lacrymas sæpenumerò miscebat.
Cænobitæ virtute non impar.

* (1139.) * Innocentius Papa cele-
brat Concilium Lateranense secundum mil-
le circiter Episcoporum. In eo excommu-
nicatur Rogerius Siciliæ Comes, & Eccle-
siæ hostis: nec non Arnoldus Lector Brixii-
ensis discipulus Abailardi hærefis condem-
natur.

Innocentius Pontifex hoc anno captus
perfidiosè à Rogerii filio ad Patrem dedu-
citur, & non ut captivus sed ut Pontifex
amicè receptus est. Ambo enim pater & fi-
lius ad ejus pedes prociderunt, veniam de-
precantes & impetrantes. Rogerio enim
Pontifex regnum Siciliæ per vexillum con-
cessit, sicut & Ducatum Apuliæ & Princi-
patum Capuæ, ex feudo tamen Pontificis.
Atque ex eo tempore mutatus in melius
Rogerius pietati se dedidit, dignus etiam
qui à viris sanctissimis laudaretur.

¶(1140.) Petrus Abailardus pro
fissimus hæreticus in Concilio Rhene
ausus provocare S. Bernardum, ab eo
tus & elinguis redditur, ubi ejus em
daminati, & Romæ sententia confirmata
Dumque Romam ille pergeret, à Pe
Venerabili retentus Cluniaci ex errore
nus Monachus effectus est, omnibus pi
erroribus abjuratis: Aloisia quoque
batissa Paradeti, quam antea, dum eam
studiret virginem vitiaverat, de sui Ma
tri ac propè conjugis honore sollicita,
solutionem ejus tumulo inscribi voluit:
quæ dedecoris ejus causa fuerat, esse
quoque receptæ æstimationis.

HÆRESIS ABAILARDI, ET A NOLDI DISCIPULI EJUS.

1. *T*uitus est errorem Arii contra SS.
Trinitatem.
2. *R*efuscitavit errores Pelagii circa gratia
sol
3. *C*irca Personam Christi Nestorianum
præbuit.
4. *D*icebat aliquam in Deo inesse compa
tionem.
5. *D*eum non omnis boni esse auctorem.
6. *S*taturebat aliquid distinctum à crea
torum, & putabat aliquid aliud esse at
num præter Deum.

7. Ap

us pro Rhene ab eo
us em ritui S. benignitatem attribuebat , non per ap-
rmata propriationem , utì Doctores Catholici , sed per
à P proprietatem , ità ut solus Pater esset potens , &
errone non Filius , neque Spiritus S. & solus Filius sa-
nibus piens , & non Pater , &c.

o que im ean
sui Ma
licita
voluit
t, esse
ET A
IS.
SS. 1
agrat
rianum
compu
rem.
e crea
esse at
7. Ap
7. Af

7. Affirmabat aliquid ab Angelis creatum
esse.

8. Potestatem Patri , Filio sapientiam , Spi-
ritui S. benignitatem attribuebat , non per ap-
propriationem , utì Doctores Catholici , sed per
proprietatem , ità ut solus Pater esset potens , &
non Filius , neque Spiritus S. & solus Filius sa-
piens , & non Pater , &c.

9. Abnuebat spiritum timoris Dei in Chri-
sto extitisse.

10. Spiritum S. vocabat animam mundi.
11. Hominem libero arbitrio deruidabat.
12. Docebat nullam esse in rebus conting-
tiam sed necessitate absolutâ fieri.

13. Factum ita extollebat , ut Deum ipsâ suâ
libertate spoliaret , dicens , ita quælibet fieri , ut
aliter à Deo fieri non possint.

14. Asserebat omnes diabolî tentationes ex
lapidum herbarumque attractu originem ducere.

15. Beatos , ajebat , non videre Deum , sed
solummodo claritatem essentiae ejus , in cuius cla-
ritatis visione beatitudinem collocabat.

16. Denique putabat , ea solummodo creden-
da esse , quæ nostra mens duce ratione compre-
hendere potest.

Præter hos errores Arnoldus Brixiensis , Ar-
noldistarum parens docuit insuper , omnia bona
temporalia Laicorum esse , & perperam facere
Clerum , si illorum particeps esset : Falsa etiam
quæ-

*quædam tum de SS. Altaris Sacramento,
de parvulorum baptismo comminiscetur.*

HÆRESIS DURANDI DE WALDACH.

*IN Arragoniâ impostor hic cum comite
dam assetatore suo inter alias hæreses
sparsit, matrimonium nihil aliud esse, quam
cultam fornicationem, qui error jam pridem
Marcionistis & aliis Hæresiarchis damna-
erat. Cumque resipiscere nollet, igni adjudi-
tus est zizaniorum seminator una cum sociis.*

HÆRESIS MARSILII PADUANII.

1. *Asseruit, post JESU Christi ascensionem
Papam non mansisse Vicarium Christi.*

2. *Summum Pontificem subjici debere Imp-
ratoris judicio; quin etiam Imperatorem
vacante posse succedere Pontifici.*

3. *Nullum esse inter Sacerdotes & Epis-
cos discrimen.*

4. *Homines Ecclesiasticos neque agros,
ulla alia bona possidere posse.*

HÆRESIS BASILIANTESIGNATI BONGOMILORUM.

*Basilius Medicus auctor sectæ Bongomilorum
hic Monachi habitu larvatus sparsit ver-
num suum tempore Alexii Imperatoris, &
etiam igne multatus est.*

1. *Negavit SS. Trinitatem.*

2. Libros Moysis rejecit, non nisi septem Scripturæ libros admittens.
3. Sonniauit Deum humānā formā esse præditum.
4. Mundum fuisse ab Angelis, hoc est, dæmonibus creatum.
5. Insaniit, Michaëlem Arch-Angelum fuisse incarnatum.
6. Professus est Iconoclastiam, & damnavit omnes SS. Patres, qui imagines venerandas esse docuerunt.
7. S. Crucem contempnit, eò quod Salvator in illa mortuus sit, dixitque, meram simulationem esse, quod dæmones Crucem fugiant.
8. Baptismum Ecclesiæ Catholicæ non esse alium, quam fuerit Joannis Baptiste, suum verū Baptismum esse ipsum verum JESU Christi Baptismum.
9. Sacrosanctum Missæ Sacrificium vocabat sacrificium dæmonum.
10. Eucharistiam, ajebat, esse ipsam Orationem Dominicam.
11. Orationes omnes, exceptā Dominicā, esse meras nugas.
12. Suos affectatores omnes Verbum Dei concipere, &què ac Beata Virgo conceperit.
13. Non aliam esse resurrectionem, nisi pœnitentiam & vitam Evangelicam.
14. Tempa domicilia esse dæmonum mentiebatur.

15. *Fas esse, ad vitam tuendam fidem sim
lare.*



DECAS V.

* *Ab anno Christi 1140. ad 1150.*

1141. **T**iburtini schismatici Innocent

* *pervicaciter obſiſtunt, Romanum agros vastantes, à quibus fortiter contunduntur, & ad ſe ſubmittendum co-pelluntur.*

* (1142.) * Fulconi Hyerosolymum Regi ex equo delapſo & defuncto ſucedit Balduinus III. annorum 13. subtelâ Meleſcentis matris.

Oritur gravis controverſia inter Ludovicum Francorum Regem & Papam Innocentium propter Archi-Episcopum Bitericensem, ſed dexteritate ac prudentiali Bernardi componitur.

* (1143.) * Moritur Comnenus, ſe Calo Joannes Orientis Imperator, in natione ſagittâ ſuâ à ſe ipſo lethaliter laſus, cui ſuccedit ejusdem filius Manuel ſeu Emmanuel.

Innocentius Papa dum laborat contra Romanos cives, qui Senatum & veterem Republicæ formam reducere ſatagebant, p